

SS. D. N.
BENEDICTI XIV.
OPERA
IN DUODECIM TOMOS DISTRIBUTA
TOMUS XII.



BENEDICTI XIV.

PONT. OPT. MAX.

O L I M

PROSPERI CARD. DE LAMBERTINIS

PRIMUM ANCONITANÆ ECCLESIAE EPISCOPI,
DEINDE BONONIENSIS ARCHIEPISCOPI

D E

SYNODO DIOECESANA

LIBRI OCTO

NUNC PRIMUM EDITI

A D U S U M

ACADEMIE LITURGICÆ CONIMERICENSIS.



ROMÆ, MDCCXLVIII.

EXCUDEBANT NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI

ACADEMIE LITURGICÆ CONIMERICENSIS TYPOGRAPHI.

SUPERIORUM FACULTATIS.



SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
BENEDICTO XIV.

P. O. M.

EMMANUEL DE AZEVEDO SOCIETATIS JESU.



*ULTÆ me causæ impulerunt ,
ut libros quos hætenus edidi ,
SANCTITATI TUÆ inscriptos dedicatosque vel-
lem . Primum , quod sunt TUI : deinde , quod de
hujusmodi rebus scripti , quæ in Pontificem Ro-*

Tom.XII.

a

ma-

XXII INDEX LIBRORUM, ET CAPITUM.

- nulla ratione permittenda absque Apostolica Sedis assensu. * 568
LXXII. De dubitatione aliquando orta, an & quando liceat Episcopo, in sua
praesertim Synodo, praescribere quantitatem reddituum Patrimonii, aut
Beneficii, ad cujus titulum quis possit ad sacros Ordines promo-
veri. 573

L I B E R V I I I.

De ceteris, ad Dioecesanam Synodum pertinentibus.

- CAP. I. De verbo Placet, quo Synodales Constitutiones solent alicubi ab Ad-
stantibus approbari. 577
II. De Synodi subscriptione. 583
III. De Synodali Decretorum revisione, & approbatione. 587
IV. De Synodali Decretorum promulgatione, & quam in dioecesim
inducunt, obligatione. 592
V. Quibus modis cessare possit obligatio inducta a Synodali Statuto. 597





DE SYNODO DIÆCESANA LIBER PRIMUS.

NOTIONES, QUÆSTIONESQUE PRÆLIMINARES.

CAPUT I.

De Synodi nomine, & Synodorum divisione.



SYNODI, ut ipsa præfert nominis etymologia, idem est, ac Concilium; seu plurium in unum locum, aliquid deliberandi gratia, conventus: Quocirca in annalibus Francorum ad an. 773. (tom. 2. collect. *Andree du Chesne* pag. 28.) legitur: *Tunc Synodum suprascriptus Rex gloriosus tenuit generaliter cum Francis apud Ienuam civitatem, ibique exercitum dividens &c.* Et ad an. 776. (pag. 30. ejusd. collect.) *Convenxit Synodum ad eandem civitatem, & ibi placitum publicum tenens &c.*

Et in annalibus Bertinianis ad an. 767. (tom. 3. collect. cit. pag. 153.) habetur: *Synodum fecit cum omnibus Francis solito more in campo.* Aliquando autem locus ipse, seu oppidum, ejusmodi congressibus habendis stabiliter destinatum, appellatur *Concilium*, sicuti videre est apud Plinium lib. 1. cap. 9. sect. 35. ac proinde etiam Christianorum ecclesias, ad quas Fideles conveniunt, ab antiquis Scriptoribus non raro Concilia, & Synodos nuncupatas legimus; in quo sensu Constantinus Magnus leg. 4. cod. Theodosiani, lib. 16. tit. 2. *De Episcopis & Clericis*, inquit: *Habeat unusquisque licentiam, sanctissimo Catholica, venerabilique Concilia decedens, bonorum, quod optavit relinquere:*